



Isra-el de Ægypto, * domus Jacob de pópu-lo bárbaro :

Facta est Iudaë sanctifi-catio ejus, * Israel potéstas ejus.

Mare vidi, et fugit : * Jordánis convérsum est retrórsum.

Montes exsultavérunt ut aríetes : * et colles sicut agni óvium.

Quid est tibi mare quod fugísti : * et tu Jordánis quia convérsum es retrórsum?

Montes exsultástis sicut aríetes, * et colles sicut agni óvium?

A fácie Dómini mota est terra, * a fácie Dei Jacob.

Qui convértit petram in stagna aquárum, * et rupem in fontes aquárum.

Non nobis Dómine, non nobis : * sed nómini tuo da glóriam.

Super misericórdia tua, et veritáte tua : * nequándo dicant gentes : Ubi est Deus eórum?

Deus autem noster in cælo : * ómnia quæcúmque voluit, fecit.

Simulácrum géntium argén-

tum, et aurum, * ópera má-nuum hóminum.

Os habent, et non loquéntur : * óculos habent, et non vidébunt.

Aures habent, et non áudient : * nares habent, et non odorábunt.

Manus habent, et non palpábunt : * pedes ha-bent, et non ambulábunt : * non clamábunt in gútture suo.

Símiles illis fiant qui fá-ciunt ea : * et omnes qui confídunt in eis.

Domus Israel sperávit in Dómino : * adjútor eórum et protéctor eórum est.

Domus Aaron sperávit in Dómino : * adjútor eórum et protéctor eórum est.

Qui timent Dóminum, speravérunt in Dómino : * adjútor eórum et protéctor eórum est.

Dóminus memor fuit no-stri : * et benedíxit nobis :

Benedíxit dómui Israel : * benedíxit dómui Aaron.

Benedíxit ómnibus, qui